

# LIBER GENESIS 16, 1-16 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,  
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam  
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

**Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)**

**Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Verdeutschung von M. Buber  
gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Copyright by H. D. Peltzer**

01 Igitur Sarai, uxor Abram, non genuerat liberos: sed habens  
ancillam Aegyptiam nomine Agar.

*Et Sarai uxor Abram non pepererat ei. Et ei ancilla Aegyptia, & nomine  
eius Hagar.*

(E) Sara autem uxor Abrae non pariebat erat autem illi ancilla Aegyptia

cui nomen erat Agar.

(H) Igitur Sarai uxor Abram non genuerat liberos sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar. Sarai autem uxor Abram non genuerat ei liberos; sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar.

**Saraj aber, das Weib Abrams, gebar ihm nicht, aber sie hatte eine ägyptische Magd, und deren Name war Hagar.**

**Sfarai, Abrams Weib, hatte ihm nicht geboren. Sie hatte aber eine ägyptische Magd, ihr Name war Hagar.**

02 Dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque ille acquiesceret deprecanti.

*Et dixit Sarai ad Abram: Ecce nunc conclusit me Deus a pariendo.*

*Ingredere nunc ad ancillam meam, forte aedificabor ab ea. Et paruit*

*Abram voci Sarai.*

(E) Dixit autem Sara ad Abram ecce conclusit (I) me dominus ut non pariam intra ergo ad ancillam meam ut filios facias ex illa.

(H) Dixit marito suo ecce conclusit me deus ne parerem ingredere ad ancillam meam si forte saltem ex illa suscipiam filios cumque ille acquiesceret deprecanti.

**Dixit marito suo: “Ecce conclusit me Dominus, ne parerem; ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios”. Cumque ille acquiesceret deprecanti.**

**Da sprach Saraj zu Abram: Sieh´ doch, ER hat mich verschlossen, dass ich nicht gebäre, geh´ doch zu meiner Magd ein, vielleicht werde ich von**

**ihr her Kindermutter. Da hörte Abram auf Sarajs Stimme.**

**Sfari sprach zu Abram: Da E r mich doch versperre fürs Gebären, geh doch ein zu meiner Magd, vielleicht, dass ich aus ihr bekindet werde.**

**Abraham hörte auf die Stimme Sfarais.**

03 Tulit Agar Aegyptiam ancillam suam, post annos decem quam habitare coeperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo uxorem.

*Et tulit Sarai uxor Abram, Hagar Aegyptiam ancillam suam a fine decem annorum, ad habitandum Abram in terra Chanaan: & dedit eam Abram viro suo ipsi in uxorem.*

(A) Et ad-[ap-]prehendit Sara uxor Abram Agar Aegyptiam ancillam suam post decem annos quam habitaverat Abram in terra Chanaan et dedit eam Abram viro suo ipsi uxorem.

(H) Tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem quam habitare coeperant in terra Chanaan et dedit eam viro suo uxorem.

**Tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem quam habitare coeperant in terra Chanaan, et dedit eam viro suo uxorem.**

**Da nahm Saraj, das Weib Abrams, Hagar, die Ägypterin, ihre Magd, am Ende von zehn Jahren, seit Abram im Lande Kanaan wohnte, und gab sie dem Abram, ihrem Manne, ihm zum Weibe.**

**Sfarai, Abrams Weib, nahm Hagar, die Ägypterin, ihre Magd, nach Ablauf von zehn Jahren, die Abram im Lande Kanaan siedelte, und gab sie Abram, ihrem Mann, zum Weib.**

04 Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam.

*Et ingressus est ad Hagar & concepit: Et vidit quod concepisset, & vilis fuit domina eius in oculis suis.*

(M) Sprevit (contempsit) dominam suam.

(H) Qui ingressus est ad eam at illa concepisse se videns despexit dominam suam.

**Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns despexit dominam suam.**

**Da ging er zu Hagar ein, und sie ward schwanger. Als sie sah, dass sie schwanger war, wurde ihre Herrin gering in ihren Augen.**

**Er ging ein zu Hagar, und sie wurde schwanger. Als sie aber sah, dass sie schwanger war, wurde ihre Herrin gering in ihren Augen.**

05 Dixitque Sarai ad Abram: Inique agis contra me; ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quae videns quod conceperit, despectui me habet.

Iudicet Dominus inter me & te.

*Et dixit Sarai ad Abram: Iniquitas mea super te. Ego dedi ancillam meam in sinu tuo. Et vidit quid concepit, & vilis sum in oculis eius.*

*Iudicet Deus inter me.*

(M) Iniuriam accipio ego ex te dedi iam ancillam meam in sinum tuum

(I) ubi autem vidit esse conceptum spreta sum coram ea (M) iudicet deus inter me et te.

(H) Dixitque Sarai ad Abram inique agis contra me ego dedi ancillam meam in sinum tuum quae videns quod conceperit despectui me habet iudicet dominus inter me et te.

**Dixitque Sarai ad Abram: “Inique agis contra me; ego dedi ancillam**

meam in sinum tuum, quae videns quod conceperit, despectui me habet.

Iudicet Dominus inter me et te.”

**Da sprach Saraj zu Abram: >>Gewalt!<< rufe ich über dich! Ich habe meine Magd an deinen Busen gegeben, und da sie sah, dass sie schwanger sei, war ich gering in ihren Augen. Richte ER zwischen mir und dir!**

**Sfarai sprach zu Abram: Über dich meine Unbill! Selber gab ich meine Magd in deinen Schoß, nun sie sieht, dass sie schwanger ist, bin ich in ihren Augen gering geworden. Richte E r zwischen mir und dir!**

06 Cui respondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est; utere ea, utlibet.

Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit.

*Et dixit Abram ad Sarai: Ecce ancilla tua in manu tua, fac ei quod bonum in oculis tuis. Et afflixit eam Sarai, & fugit a facie eius.*

(I) Ecce ancilla tua in manibus tuis utere ea quomodo tibi placuerit et adflixit eam Sara et fugit a facie eius.

(H) Cui respondens Abram ecce ait ancilla tua in manu tua est utere ea ut libet affligente igitur eam Sarai fugam iniit.

**Cui respondens Abram: “Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est; utere ea, ut libet”. Affligente igitur eam Sarai, aufugit ab ea.**

**Darauf sprach Abram zu Saraj: Siehe deine Magd ist in deiner Hand, tue mit ihr, was in deinen Augen gut scheint. Da quälte sie Saraj, und sie entfloh vor ihr.**

**Abram sprach zu Sfarai: Da, deine Magd ist in deiner Hand, tu mit ihr, was Deinen Augen gut dünkt! Sfarai drückte sie. Sie aber entfloh ihr.**

07 Cumque invenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquae in solitudine, quae est in via Sur in deserto.

*Et invenit eam angelus Domini super fontem aquarum in deserto, super fontem in via Sur.*

(O) Et invenit eam angelus domini (E) super fontem aquae in deserto ad fontem in via Sur.

(H) Cumque invenisset illam angelus domini iuxta fontem aquae in solitudine qui est in via Sur.

**Cumque invenisset illam angelus Domini iuxta fontem aquae in deserto, ad fontem in via Sur.**

**Da fand sie *SEIN* Mal'akh am Wasserquell in der Wüste, an der Quelle des Weges von Sur.**

**S e i n Bote fand sie am Wasserquell in der Wüste, am Quell auf dem Wege nach Schur.**

08 Dixit ad illam: Agar, ancilla Sarai, unde venis, & quo vadis? Quae respondit: A facie Sarai dominae meae ego fugio.

*Et dixit: Hagar ancilla Sarai, ubi a quo venisti, & quo ibis? Et dixit: A facie Sarai dominae meae ego fugiens.*

(C) Et dixit ei angelus domini Agar ancilla Sar[r]ae unde venis et quo vadis et dixit a facie dominae meae Sar[r]ae ego recedo.

(I) A facie Sarae dominae meae ego fugio.

(H) Dixit ad eam Agar ancilla Sarai unde venis et quo vadis quae respondit a facie Sarai dominae meae ego fugio.

Dixit: “Agar, ancilla Sarai, unde venis et quo vadis?” Quae respondit:  
“A facie Sarai dominae meae ego fugio”.

**Und sprach: Hagar, Magd Sarajs, von wo kommst du und wohin gehst du?**

**Sie sprach: Vor Saraj, meiner Herrin, bin ich auf der Flucht.**

**Er sprach: Hagar, Sfarais Magd, woher bist du gekommen, wo ziehst du hin? Sie sprach: Vor meiner Herrin Sfarai bin ich flüchtig.**

09 Dixitque ei angelus Domini: Revertere ad dominam tuam, &  
humiliare sub manu illius.

*Et dixit ei angelus Domini: Revertere ad dominam tuam, & humilia te sub manibus eius.*

(L) Dixit autem ei angelus domini revertere ad dominam tuam et humilia te sub manibus eius.

(H) Dixitque ei angelus domini revertere ad dominam tuam et humiliare sub manu ipsius.

Dixitque ei angelus Domini: “Revertere ad dominam tuam et humiliar sub manibus ipsius.”

**Es sprach zu ihr SEIN Engel: Kehre zurück zu deiner Herrin und beuge dich unter ihre Hände!**

**S e i n Bote sprach zu ihr: Kehre zu deiner Herrin und drücke dich unter ihre Hände!**

10 Et rursum: Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, &  
non numerabitur prae multitudine.

*Et dixit ei angelus Domini: Multiplicando multiplicabo semen tuum, & non*

*numerabitur a multitudine.*

(L) Et dixit ei angelus domini (C) replens replebo semen tuum et non numerabitur a multitudine. (E) Multiplicans multiplicabo semen tuum et non dinumerabitur a multitudine.

(H) Et rursus multiplicans inquit multiplicabo semen tuum et non numerabitur prae multitudine.

**Et dixit ei angelus Domini: “Multiplicans multiplicabo semen tuum, et non numerabitur prae multitudine”.**

**Es sprach zu ihr SEIN Engel: Viel machen, viel werde ich deinen Samen, und nicht gezählt wird er werden an Menge.**

**S e i n Bote sprach zu ihr: Mehren will ich, mehren deinen Samen, er werde nicht gezählt vor Menge.**

11 Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti, & paries filium vocabisque nomen eius, Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam.

*Et dixit ei angelus Domini: Ecce tu praegnans, & paries filium, & vocabis nomen eius Ismahel, quia audivit Dominus ad afflictionem tuam.*

(S) Et dixit ei angelus dei ecce tu praegnans es et paries filium (E) et vocabis nomen eius Ismahel quia exaudivit deus humilitatem tuam.

(H) Ac deinceps ecce ait concepisti et paries filium vocabisque nomen eius Ismahel eo quod audierit dominus adfflictionem tuam.

**Et dixit ei angelus Domini: “Ecce, concepisti et paries filium vocabisque nomen eius Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam.**

**Es sprach zu ihr SEIN Engel: Siehe, du bist schwanger und wirst einen Sohn gebären und wirst seinen Namen >>Jisma´el<< nennen, denn**



>>gehört hat *ER* << dein Elend.

**S e i n Bote sprach zu ihr: Da, schwanger bist du, gebären wirst du einen Sohn, seinen Namen rufe: Jischmael, Gott erhört, denn erhört hat E r deinen Druck.**

12 Hic erit ferus homo; manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & e regione universorum fratrum suorum figet tabernacula.

*Et ipse erit ferus homo. Manus eius in omnes, & manus omnium in eum.*

*Et super facies omnium fratrum suorum habitabit.*

(E) Hic erit rusticus homo et manus eius erint super omnes et manus omnium erint super eum et ante faciem omnium fratrum suorum commorabitur.

(H) Hic erit ferus homo manus eius contra omnes et manus omnium contra eum et e regione universorum fratrum suorum figet tabernacula.

**Hic erit homo onagro similis; manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum; et e regione universorum fratrum suorum figet tabernacula”.**

**Und er wird ein Wildesel-Mensch sein, seine Hand wider jedermann, Und jedermanns Hand wider ihn, und angesichts all seiner Brüder wird er wohnen.**

**Ein Wildesel-Mensch wird der, seine Hand wider alle, aller Hand wider ihn, all seinen Brüdern ins Gesicht macht er Wohnung.**

13 Vocavit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim: Profecto hic vidi posteriora videntis me.

*Et vocavit nomen Domini loquentis ad se: Tu Deus videns me, quia dixit: Num etiam hic vidi post videntem me?*

(E) Et vocavit nomen domini loquentis ad eam tu deus qui respexisti me

(S) et dixi quia palam vidi visum mihi.

(H) Vocavit autem nomen domini qui loquebatur ad eam tu deus qui vidisti me dixit enim profecto hic vidi posteriora videntis me.

**Vocavit autem nomen Domini, qui loquebatur ad eam: “Tu Deus, qui vidisti me”. Dixit enim: “Profecto hic vidi posteriora videntis me”.**

**Da nannte sie den Namen *DESSEN*, der zu ihr geredet hatte, Gottheit meines Sehens, denn sie sprach: Habe ich nicht hier gesehen nach meinem Sehenden?**

**Sie aber rief *S e i n e n* Namen, des zu ihr Redenden: Du, Gott der Sicht! Denn sie sprach: Sah auch wirklich ich hier dem mich Sehend nach?**

14 Propterea appellavit puteum illum, puteum viventis & videntis me.

Ipsa est inter Cades & Barad.

*Idcirco vocavit puteum, puteum viventis, viventis me. Ecce inter Cades & inter Berad.*

(S) Propter hoc vocavi puteum Puteus coram quo vidi ecce inter Cades et inter Barrad.

(H) Propterea appellavit puteum illum puteum Viventis et videntis me ipsa est inter Cades et inter Barrad.

**Propterea appellatur puteus ille Lahairoi (id est Viventis et Videntis me); ipsa est inter Cades et Barad.**

**Darum nannte man den Brunnen: Brunnen des Lebenden, der (mich)**

**sieht. Siehe, er ist zwischen Kadesch und Bered.**

**Darum rief man den Brunnen Brunn des Lebenden, mich Sehenden,**

**Da ist er, zwischen Kadesch und Bared.**

15 Peperitque Agar Abrae filium; qui vocavit nomen eius, Ismael.

*Et peperit Hagar ipsi Abram filium. Et vocavit Abram nomen filii sui, quem peperit Hagar, Ismahel.*

(S) Et peperit Agar Abrae filium et vocavit Abram nomen filii sui quod peperit ei Agar Ismahel.

(H) Peperitque Agar Abrae filium qui vocavit nomen eius Ismahel.

**Peperitque Agar Abrae filium; qui vocavit nomen filii sui, quem pepererat Agar, Ismael.**

**Und Hagar gebar einen Sohn, und Abraham nannte den Namen seines Sohnes, den Hagar geboren hatte, Jilma´e.**

**Hagar gebar dem Abram einen Sohn. Abram rief den Namen seines Sohns, den Hagar gebar, Jischmael.**

16 Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaelem.

*Et Abram filius octoginta annorum & sex annorum, in pariendo Hagar Ismahel ipsi Abram.*

(E) Abram autem erat annorum LXXXVI cum peperisset Agar Ismahel Abrae.

(H) Octoginta et sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaelem.

**Octoginta et sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaelem.**

**Und Abram war sechsundachtzig Jahre, als Hagar den Jilma´el dem Abram gebar.**

**Abram war sechsundachtzig Jahre, als Hagar Abram den Jischmael gebar.**